



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Requies in cruce.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

in MARIAM. Spera in JESU, spera in MARIAM.

CONSIDERATIO
XXVII.

AMOR DEI,

Requies in Cruce.

In lectulo meo quaesivi, quem diligit anima mea: quasi-
sivi illum, & non inveni. Cant. 6. Non invenitur San-
ctus Amor Christi in lectulo meo, qui est lectus mundi,
sed in lectulo Christi, qui est lectus
sanctae Crucis. Dulcis lectulus, Crucis Christi lignum:
in quo ego nascor, & nutricor, creor, & recreor, ait Abbas
Siberus s. 2. in Cant. O quam dulcis est lectulus Cru-
cis Christi, in quo Sanctus Amor nascitur, nutritur, ac-
cipit consolationem, & ultimam perfectionem. *Suavis-
simus mihi cervical, bone IESU, spinea illa capitis tui co-
rta, ubi requiescit spiritus meus.*

O quot sunt, qui quaerunt, & non inveniunt? quia
quaerunt in lecto mundi, non in lecto Christi. *Qua-
ram te, Domine, sicut quaesiverunt & invenerunt
sancti tui, per mortificationem, tam internam animae,
quam externam corporis. Queram te, Domine, sicut
quaesiverunt, & invenerunt te Sancti Martyres tui,
per martyrium, tormenta, & mortem. Queram te,
Domine, sicut quaesivit, & invenit te Sanctissima tua
Mater, in gaudio perfecto Sanctissimi, ac divini bene-
ficii tui.*

O bone IESU, sine fine amandus, & ideo sine fine quaerendus, Augustinus in ps. 104.



CON-